




THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN
• 1891 •
LIBRARY


Given by Hon. Addison Brown
1913



ICONES
FLORAE GERMANICAE ET HELVETICAE

SIMUL

PEDEMONTANAE, TYROLENSIS, ISTRIACAE, DALMATICAE, AUSTRIACAE, HUNGARICAE, TRANSYLVANICAE, MORAVICAE, BORUSSICAE, HOLSATICAE, BELGICAE, HOLLANDICAE,

ERGO

MEDIAE EUROPAE.

ICONOGAPHIA ET SUPPLEMENTUM AD OPERA WILLDENOWII, SCHKUHRII, PERSOONII, DECANDOLLEI, GAUDINI, KOCHII ALIORUMQUE.

EXHIBENS

NUPERRIME DETECTIS NOVITIIS ADDITIS

COLLECTIONEM COMPENDIOSAM IMAGINUM CHARACTERISTICARUM OMNIUM GENERUM ATQUE SPECIERUM

QUAS IN SUA

FLORA GERMANICA EXCURSORIA

RECENSUIT

AUCTOR

LUDOVICUS REICHENBACH.

VOLUMEN SEXTUM

CUI INSUNT:

CARYOPHYLLACEAE RELIQUAE,

THEACEAE, TILIACEAE ET CUM LINEIS HYPERICINEAE.

LIPSIAE

SUMPTIBUS AMBROSII ABEL.

(1844.)

CARYOPHYLLACEAE,
THEACEAE, TILIACEAE, ET CUM LINEIS HYPERICINEAE

IN

FLORA GERMANICA EXCURSORIA

RECENSITAE

ERGO

IN GERMANIA, HELVETIA, PEDEMONTIO, TYROLI, ISTRIA, DALMATIA, AUSTRIA, HUNGARIA, TRANSYLVANIA, MORAVIA, BORUSSIA, HOLSATIA, BELGIA, HOLLANDIA

PROVENIENTES

NUPERRIME DETECTIS NOVITIIS ADDITIS

ICONIBUS CHARACTERISTICIS ILLUSTRATAE

AUCTORE

LUDOVICO REICHENBACH.

EQUIT ORD. SAXON. MERIT. CIVIL. PHIL. MED. ET CHIRURG. DOCT.
REG. SAX. CONSIL. AUL. HIST. NAT. PROF. MUSEI ZOOLOG. MINERALOG. ET HORTI BOT. PRAEFECTO.
ACAD. ET SOCIET. COMPLUR. SOCIO.

TABULARUM AENEARUM CENTURIA ET XXIV,
ICONES CCCXXI.

(Pag. 39—84.)

LIPSIAE

Sumptibus AMBROSII ABEL.

(1844.)

Caryophyllaceae.

— Cerastia continuantur. —

4974. Cerastium pedunculatum GAUD. — Fl. germ. p. 797.

Cum capsula matura, semine et eodem dissecto.

4975. Cerastium latifolium L. — Fl. germ. p. 797.

Cum flore explanato.

C. latifolium var. lanceolatum, minus et densius, foliis angustioribus lanceolatis.

C. latifolium var. glaciale GAUD. humilius et magis compactum.

4976. Cerastium lanatum LAM. — Fl. germ. p. 797.

Cum capsula post dehiscentiam et seminibus.

4977. Cerastium alpinum L. — Fl. germ. p. 797.

C. glabratum HARTM. var. gracilior glabra lapponica.

4977 *b.* Cerastium carinthiacum VEST. — Fl. germ. p. 797 sub C. alpino.

A praecedente differt ramis foliosis elongatis nec rosulatus, foliis glabris, caule multifloro, pedunculis puberulis demum reflexis, sepalis obtusioribus margine omni scarioso, capsulis brevioribus.

β. lanceolatum, in Austria inferiori lectum a cl. BRITTINGER.

4978. Cerastium illyricum ARD. — Fl. germ. p. 798.

Flos apertus infra.

4979. Cerastium campanulatum VIV. — Fl. germ. p. 798.

Specimina maiora et minus, capsula post dehiscentiam, semina et aliud dissectum.

4980. Cerastium arvense L. — Fl. germ. p. 798.

Cum capsula matura et semine.

4980. *β.* strictum LINN. — ib.

4981. Cerastium ciliatum W. K. — Fl. germ. p. 798.

Propter majorem affinitatem cum C. insubrico et repente, sequenti tabulae insertum.

4982. Cerastium laricifolium VILL. — Fl. germ. p. 798.

Propter majorem affinitatem C. arvensi in tabula appropinquatum.

4983. Cerastium insubricum MORETTI. — Fl. germ. p. 799.

4984. Cerastium repens L. — Fl. germ. p. 799.

4985. Cerastium tomentosum L. — Fl. germ. p. 799.

4986. Cerastium lineare All. deest.

4987. Cerastium grandiflorum W. K. — Fl. germ. p. 799.

Supra pedunculi pars ea pingitur aucta e qua inflorescentia oritur inter bracteas.

4987. *b.* Cerastium suffruticosum L. — Fl. germ. p. 799.

Cum inflorescentiae basi et bracteis ad latus, nec non ramo fructifero.

Minime varietas est praecedentis ut olim putavi, sed facile praeter glabritiem distinguitur bracteis et floribus. Totius plantae conformatio gracilior est.

4967. Malachium aquaticum Fries. — Fl. germ. p. 795.

Caulis florens cum ramis sterilibus et ramus floridus et fructifer. Flos ex utraque pagina, sepalum, petalum, capsula ante et post dehiscentiam completam, dentes seorsim, semen et aliud dis- et trans-sectum.

5053. Drypis spinosa L. — Fl. germ. p. 812.

Calyx, petalum, genitalia cum petalo, germen, capsula, eadem cum semine dissecta, semen.

Analysis ulterior hic primum data, in Flora graeca figuris minimis leviter tacta.

4996. Banffya petraea Bmg. — Fl. germ. p. 801.

Pistillum cum petalo, filamento antherifero et binis sterilibus, capsula dissecta, semina, haec dis- et trans-secta.

Supra calyx angetur, folium et inflorescentiae bracteatio.

4997. Gypsophila muralis L. — Fl. germ. p. 801.

Flos calyce demto petalisque pluribus, apex germinis cum stylis, calyx, idem cum capsula dehiscente, germen dissectum, semina et alia trans- et dissecta.

4998. Gypsophila serotina L. — Fl. germ. p. 801.

Analysis eadem.

Species ceterum nec rarior nec serius proveniens, legi enim utriusque speciei centurias in uno eodemque loco in saxosis apricis in vinea, singulaque specimina iam e longinquo facile distinquebantur inprimis promiscue crescentia. G. serotina semper viridis est et semina habet majora, altera colore obscuro sordide violaceo tincta, semina praebet dimidio minora, praeter notas ab auctore G. serotinae jam laudatas.

4999. sequitur in Tab. CCXLVI.

5000. Gypsophila repens L. — Fl. germ. p. 801.

Flos respraesentatur supra.

β. montana Rchb. Fl. saxon. p. 438.

et eadem flore toto persicino.

5001. Gypsophila prostrata L. — Fl. germ. p. 801.

Calyx, flos.

5002. Gypsophila fastigiata L. — Fl. germ. p. 801.

Flos, pistillum cum petalo et stamina, infra capsula et semen.

5003. Gypsophila altissima L. — Fl. germ. p. 802.

Analysis eadem, cui additur capsulae dentium ratio post ultimam dehiscentiam et semen dissectum.

5004. Gypsophila acutifolia Fisch. — Fl. germ. p. 802.

Calyx, capsula, eadem dissecta et semina.

Calycis dentes longiores angustiores ac reliquarum.

5005. Gypsophila paniculata L. — Fl. germ. p. 802. in adn. ad 5005.

Expositio Tauschiana Bot. Zeit. 1830. p. 243. cl. Kochio videtur ignota, me enim solum de distinctione utriusque plantae, G. paniculatae et effusae, accusat. Sed ante me cl. Tausch haec habet: G. paniculata L. spec. 583. caule erecto paniculato, foliis lanceolatis acutis margine scabris, paniculae patulae ramis glandulosis, pedicellis confertis, stylis exsertis, bracteis ovatis subdentatis.

Quum autem specimina G. paniculatae rossica serius accepta nonnisi floribus minoribus, nec indumento glanduloso (glandulis certe rarissime dispersis) differre, compertum haberem, nunc nomen Linnaeanum conservo et eo magis mihi persuasum habeo, plantam rossicam nostram esse Linnaeanum, quum ipse Linnaeus dicat: „petala-minora quam in congeneribus". Haec autem G. paniculata micrantha intra fines crescere omnino non videtur, nostra igitur omnino dicenda erit:

β. effusa Tausch, floribus maioribus distincta.

Hanc habemus e locis l. c. indicatis et praeterea Vindobonae lectam: „Türkenschanze bei Lesine": Frh. v. Leithner.

4994. Saponaria (Bootia Necker 865.) ocymoides L. — Fl. germ. p. 800.

Additur pistillum cum petalo et stamine, capsula et semina.

4994. *b.* Saponaria (Bootia Necker.) glutinosa M. B. — Rchb. Fl. germ. Novit. —

S. erecta, villoso-glandulosa, fasciculato-paniculata, foliis trinervibus, radicalibus lanceolato-spatulatis, caulinis ovatis, calycibus cylindricis elongatis, petalis emarginatis.

Pistillum cum petalo, germen transsectum, capsula post dehiscentiam, semina, eadem trans- et dissecta.

„Bannat, an Waldrändern bei Plavischowitza" Dr Wierzbicki. Meuse Junio lecta.

4992. Saponaria (Smegmathamnium Fenzl.) bellidifolia Sm. — Fl. germ. p. 800.

4993. Saponaria (Smegmethamnium Fenzl.) lutea L. — Fl. germ. p. 800.

4994 et *b*. cf. supra.

4994. *c*. Saponaria (Proteinia Ser.) orientalis L. — Fl. germ. Novit.

S. divergenti dichotoma, floribus axillaribus pedunculatis, foliis lanceolato-spatulatis, calycibus subcampanulatis glandulosis.

Calyx pistillum cum petalo et stamine, capsula, semina.

4996. Saponaria officinalis L. — Fl. germ. p. 801.

Pistillum cum petalo, capsula, germen dissectum, semina.

4991. Vaccaria pyramidata G. M. S. — Fl. germ. p. 800.

Pistillum cum petalo, capsula, semina.

4999. Fiedleria illyrica Rchb. Repertorium herbarii p. 206. Gypsophila illyrica Sm. Fl. graec. t. 386. Rchb. Fl. germ. p. 802.

Fiedleria Rchb. Calyx ebracteatus, tubuloso-campanulatus 5 dentatus, herbaceo-nervosus. Petala 5, longe unguiculata, nuda, lamina oblonga rotundata. Styli 2. Stam. 10. homodynama. Capsula 4 dentata.

A Diantho, Kohlenrauschia et Tunica differt calyce nudo, a Gypsophila calyce arcte adpresso, lamina oblonga rotundata, staminibus homodynamis. Sem. non vidi matura.

5007. Velezia rigida L. — Fl. germ. p. 803.

Flos, petalum, pistillum, stamina heterodynama et pistillum, capsula dissecta, semen.

5006. Tunica rigida (L.) — Fl. germ. p. 802.

Calyx cum bracteis, pistillum, idem cum staminibus, petalum, Calyx bracteatus cum capsula, pedunculus cum placenta seminifera, semina.

5006. *b*. Tunica Saxifraga Scop. — Fl. germ. p. 802. in obs.

T. erecta, foliis radicalibus elongatis, caulinis abbreviatis, bracteis calycis quartam partem aequantibus Rchb. Fl. germ. Novit.

Flos, pistillum, capsula, semina, sicut in Kohlrauschia, cucullata.

„Im Bannat, auf Felsen bei Basias." WIERZBICKI.

5008. Kohlrauschia diminuta (L.) — Fl. germ. p. 803.

Kohlrauschia KUNTH. Fl. Berol. I. p. 108. distinguitur: Cal. tubulosus membranaceus, herbaceo striatus. Petala unguiculata, lamina retusa aut emarginata nuda. Caps. 4 fida. Sem. cucullata. — Capitulum squamis opposite imbricatis membranaceis magnis involucratum.

K. diminuta videtur K. proliferae foima rarior uniflora.

5009. Kohlrauschia prolifera KNTH. — Fl. germ. p. 803.

Capsula semina.

Huius squamae absque mucrone, obtusae, petalorum lamina retusa, semina dorso transverse rugulosa.

5009. *b.* K. obcordata (REUT.) — Fl. germ. Novit. Dianth. obcordatus REUTER Mém. Genev. VIII. 231. t. 2. floribus duplo majoribus insignis, Graeciae et Dalmatiae indigenus.

5010. Kohlrauschia velutina GUSS. — Fl. germ. p. 803.

Capsula et semina.

Huius squamae mucrone obscure fusco terminatae, petalorum lamina acuta emarginata, semina dorso granulata.

Huc. Dianthus prolifer Florae graecae t. 394. D. velutinus a cl. GOUSSONEO dictus, nil omnino velutini (pelzhaarig) praebet.

5011. (in tab. CCXLIX.) Dianthus Ameria L. — Fl. germ. p. 804.

Analysis floris, capsula, semina.

5012. Dianthus chinensis L. exoticus est.

5013. Dianthus barbatus L. — Fl. germ. p. 804.

Calyx cum bracteis, petalum, folii apex. — Fl. germ. exsicc. 1597.

5014. Dianthus compactus W. KIL. — Fl. germ. p. 805. no. 5020. et 804. n. 5014.

Calyx cum bracteis, calycis dens auctus, petalum, folii apex.

5015. Dianthus capitatus PALL. — Fl. germ. p. 804.

Bracteae, folii apex.

5015. *b.* Dianthus liburnicus BARTL. — Fl. germ. Novit.

D. floribus fasciculatis, bracteis obcordato-ovalibus, aggregatis, coriaceis, pallide virentibus laevigatis, acumine emarginaturae imposito lanceolato, subulato, calycis apicem subattingente, vaginis foliorum latitudinem subduplam longis.

An feuchten Hügeln bei Fiume: NOE Fl. g. exsicc. no. 800.

5015. *c*. Dianthus glaucophyllus Horn. — Fl. germ. sub 5015.

Hic omnino distinguendus est a D. capitato Pall. quocum olim conjunxi. Hujus squamae late ovales, in acumen transeunt nec emarginatae sunt.

5016. Dianthus atrorubens All. — Fl. germ. p. 804.

Cum capsula et seminibus.

Haec est planta genuina, eadem ac Seguierii. Pro illa saepe formae D. carthusianorum alpina aliaeve species affines praebentur.

5016. *b*. Dianthus sanguinens Vis. — Fl. dalmat. — Fl. germ. Novit. —

Species a cl. auctore ipso accepta, etiam in horto nostro viva visa bene distincta. Praeter petalorum laminas angustas minute denticulatas obscure atrosanguineas, etiam calycis dentes acuminati insignes sunt.

In silvaticis in Dalmatia: Visiani, in Istria maritima, pr. Parenzo: Biosoletto! auf Wiesen hinter dem Wirthshause in Sapiara zwischen Fiume und Triest: Noe.

5017. Dianthus diutinus Kit. — Fl. germ. p. 805.

Calycis partem superiorem addo characteristicam, qua inprimis a D. polymorpho distinguitur. Petalorum dentes 3 — 5, medius latior, longior.

5017. *b*. Dianthus polymorphus M. B. —

Calyx cum bracteis.

Caule exacte tetraquetro, calycis dentibus obtusis, petalorum laminis multidentatis distinguendus.

E Podolia misit cl. Besser (e Caucaso ill. Academia Petropolitana, e prov. Tobolsk cl. Könitzer), in Bannatu „auf Kalkfelsen der Skofajne bei Maidan“ (pro D. vaginato): legit et misit cl. Dr. Wierzbicki.

5018. Dianthus viginatus Vill. — Fl. germ. p. 805.

Distiuguitur vaginis foliorum longissimus, foliorum latitudinem vel sexies aequantibus et bracteis testaceo fusculis, demum reflexis.

5019. Dianthus carthusianorum L. — Fl. germ. p. 805.

Capsula, semina, bracteae.

Varias dedi formas, genuinam sub lit. e. Varietas β. graminicolor differt virore gramineo, foliis angustioribus, bracteis testaceis. Haec forma saepe pro D. atrorubente et D. vaginato editur, ab utroque, si eam comparabis, bene distiucta.

5020. combinatus est cum 5014.

5021 tab. CCLIV. Dianthus trifasciculatus Kit. — Fl. germ. p. 805.

Calyx cum bracteis et semina.

5022. Dianthus collinus W. K. — Fl. germ. p. 805.

Specimen uniflorum ad latus, calyx cum bracteis, folii apex auctus, lamina petali, semina.

Saepe de transitu huius speciei in affines et in D. Seguierii locuti sunt, sed propterea formam nostri unifloram addo ut elucescat differentia.

5023. Dianthus Seguieri Vill. — Fl. germ. p. 805.

Pistillum, calyx cum bracteis, dens calycis, petalum.

5024. Dianthus asper Schleich. — Fl. germ. p. 805.

Calyx dissectus cum genitalibus, petalo.

5025. Dianthus Courtoisii Rchb. — Fl. germ. p. 806.

5025. *b*. Dianthus corymbosus Sibth. — Fl. germ. Novit. —

D. floribus subaggregatis ramis divaricato-corymbosis, squamis ovali lanceolatis quadrifariam imbricatis calycem dimidium superantibus, dentibus cuspidatis, petalis incisis dentatisque ad faucem barbatis.

In Carnia „Soplota" Biatzovski et Fleischmann.

5026. Dianthus arenarius L. — Fl. germ. p. 806.

Calyx cum capsula, semina.

5027. Dianthus serotinus W. K. — Fl. germ. p. 806.

Calyx cum capsula, semina.

5028. Dianthus petraeus W. K. — Fl. germ. p. 807.

Calyx cum capsula, semina.

5029. Dianthus hungaricus P. — Fl. germ. p. 807.

5029. *β*. moschatus Gm.

5030. Dianthus plumarius L. — Fl. germ. p. 807.

β. blandus Rchb. Cat. h. Drsd. flore carneo.

Plantam egregiam, hujus ut videtur varietatem his diebus ex Austria pr. Steyr mense Junio lectam misit cl. Brittinger. Dense cespitosa est, viridior, folia longiora, caules graciliores, singuli divisi, bi-triflori. Flos non differt et capsula pariter calyce longior subclavata.

5031. Dianthus monspessulanus L. — Fl. germ. p. 807.

Specimen uniflorum et fasciculatum, calyx bracteatus.

5031. β. controversus Gaud. — Fl. germ. p. 807. sub 5031.

Calyx bracteatus.

Non omnino idem est ac praecedens, calyx crassior brevior, illi D. Seguieri affinis, sed modus crescendi, caulis et folia D. monspessulani.

5032. Dianthus superbus L. — Fl. germ. p. 808.

Calyx cum capsula, semina.

5032. b. Dianthus speciosus Rchb. — Fl. g. exsicc. — Fl. germ. p. 808. sub D. superbo β. D. foliis turionum linearibus, flore solitorio vel subramosus ramis unifloris squamis calycinis ovatis acuminatis adpressis, calyce cylindrico oblongo subattenuato, petalorum laminis profunde laciniatis, fauce atomariis, barbulatis.

A D. superbo iam foliis turionum linearibus nec lanceolatis differt, flos plus duplo major, odoratissimus.

Forma minor, quasi hebetata et minus profunde laciniata est omnino D. alpestris Sternb. Hpp. ap. Sturm, non Balbis, D. Sternbergii Sieb.

5034. Dianthus neglectus Lois. — Fl. germ. p. 808.

— β. subacaulis Vill. Lois. huc pertinet.

5035. Dianthus nitidus W. K. — Fl. germ. p. 808.

Calyx bracteatus.

5036. Dianthus alpinus L. — Fl. germ. p. 808.

Calyx bracteatus.

5037. Dianthus glacialis Haenke. — Fl. germ. p. 808.

Calyx bracteatus.

Forma humilior et procerior.

5038. Dianthus pulchellus Pers. — Fl. germ. p. 809.

Calyx bracteatus.

5039. Dianthus silvestris Wulf. — Fl. germ. p. 809.

Plures obtuli formas, etiam micropetalam.

5040. Dianthus deltoides L. — Fl. germ. p. 809.

Calyx bracteatus, semina.

var foliosus Boenninh.

5040. b. Dianthus Armerio ⪤ deltoides? Rchb. — Fl. germ. p. 809 sub 5040.

*5041. Dianthus glaucus L. — Fl. germ. p. 809.

Sicut in Flora germanica etiam nunc pro varietate D. deltoidis habeo.

5041. *b.* Dianthus bebius Visiani. Fl. dalmatic. II. — Fl. germ. Novit.

D. foliis anguste linearibus strictis, infimis argute serratis, caule unifloro, calyce ovato elongato-attenuato, squamis ovatis acumine suo longioribus, petalorum laminis rotundatis, calyce dimidio brevioribus duplicato-dentatis. — Additur calyx bracteatus.

In montibus bebiis in Dalmatia. Visiani.

5042. Dianthus integer Vis. — Fl. germ. p. 809.

Calyx bracteatus.

5043. Dianthus hirtus Vill. — Fl. germ. p. 809.

Calyx bracteatus, bracteae, petalum, folium ex inferioribus.

5044. Dianthus caesius Sm. — Fl. germ. p. 810.

Calyx cum capsula, calycis basis et apex, semina.

Additur forma elatior grandiflora iisdem in locis obvia.

5045. Dianthus binatus Bartl mihi dubius deest.

5046. Dianthus furcatus Balbis. — Fl. germ. p. 810.

Calyx bracteatus.

5047. Dianthus ciliatus Guss. — Fl. germ. p. 810 sub D. racemoso Vis.

Calyx bracteatus, bractea separata, calyx fructifer, profunde fissus, capsula longe brevior eo, semina.

Huc pertinet D. litoralis Host, monente ill. Tommasini, qui plantam legit: „bei Pola in der Gegend der Torre d'Orlando und weiterhin in der Valle Lovina, zwischen Felsen am Meere, genuinam formam pr. Cattaro.

5048. tab. CCLXVII. Dianthus Scheuchzeri Rchb. — Fl. germ. 811.

Calyx ad latus et forma parviflora.

Species a quibusdam forte cum D. silvestri confusa, etiam satione constans est.

5049. Dianthus virgineus L. — Fl. germ. 811.

Calyx bracteatus. Uterque repraesentatur:

α. monspeliensis s. genuinus et

β? tergestinus.

Numne alter D. virgineo genuino propior unicuique esse videtatur ac D. silvestri, nescio, sed putaverim.

5050. Dianthus caryophylloides Schult. — Fl. germ. p. 811.

Calyx bracteatus.

5051. Dianthus Caryophyllus L. — Fl. germ. p. 811.

Calyx bracteatus.

5052. Dianthus longicaulis Ten. — Fl. germ. p. 811.

Silene: Heliosperma Rchb. — Fl. germ. 817.

5080. Silene pusilla W. K. — Fl. germ. p. 817.

Calyx cum capsula, semina.

5081. Silene quadrifida L. — Fl. germ. p. 817.

Calyx cum capsula, semina.

5082. Silene pudibunda Hoffgg. — Fl. germ. p. 817.

Calyx cum capsula, semiua.

Huc etiam referenda:

5064. tab. CCLXXVII. Silene Tommasinii Vis. — Fl. germ. p. 814.

Genitalia et petalum, capsula iu calyce, semina.

Silene: Nanosilene Otth. et Pumilio.

5084. Silene pusilla L. — Fl. germ. p. 817.

Varietates: exscapa, vulgaris et pedunculata.

Calyx cum capsula, semen.

5114. Silene dinarica Spr. — Fl. germ. p. 822.

Calyx cum capsula, semen.

5115. Silene Pumilio Wulf. — Fl. germ. p. 822.

Calyx et flos dissectus, var. calyce villoso.

Silene: Elisanthe Endlicher.

5116. Silene Elisabethae Jan. — Fl. germ. p. 822.

Floris partes.

Silene: Corone Hoffmannsegg.

5054. Silene gallica L. — Fl. germ. p. 812.

Capsula in calyce, ead. transsecta, semiua.

5055. Silene silvestris SCHOTT. — Fl. germ. p. 812.

- β. quinquevulnera L.

Capsula in calyce, ead. transsecta, semina.

5056. Silene anglica L. — Fl. germ. p. 813.

Flos, flos dissectus. calyx fructifer, capsula matura in calyce, eadem transsecta, semina.

5057. Silene cerastoides L. — Fl. germ. p. 813.

Flos, calyx fructifer, capsula transsecta, semina.

5058. Silene brachypetala ROB. CAST. — Fl. germ. p. 813.

Floris partes interiores, calyx fructifer.

5059. Silene nocturna L. — Fl. germ. p. 813.

Floris partes internae, stamen, calyx, capsula, semina.

Silene: Conoimorpha OTTH.

5060. Silene apetala W. — Fl. germ. p. 813.

Floris partes internae, petalum. calyx cum capsula, capsula matura, ead. dissecta, semina.

5061. Silene conoidea L. — Fl. germ. p. 813.

Stamen et petalum, capsula dissecta, semina.

5062. Silene conica L. — Fl. germ. p. 814.

Floris partes internae, capsula, ead. dissecta, semina.

Planta fructifera.

5063. Silene noctiflora L. — Fl. germ. p. 814.

Floris partes internae, planta fructifera, capsula dissecta, semina.

Silene: Atocion OTTH.

5064. cf. supra sub Heliosperma.

5064. β. Silene sedoides L. viscoso-puberula, erecta a basi ramosa, foliis subcarnosis inferioribus spatulatis, superioribus ovali-lanceolatis, floribus axillaribus terminalibusque longe pedunculatis capsula subcylindrica.

Flos, petalum, capsula, semina.

In Dalmatia: FRIED. AUGUSTUS S. S. R.

5065. Silene nicaeensis All. — Fl. germ. p. 814.

Floris partes interiores, capsula, eadem dissecta, semina.

5066. Silene sericea All. — Fl. germ. p. 814.

Floris partes interiores, calyx cum capsula, capsula matura, semina.

Ubi ad fontem accederes All. t. 79 f. 3. tunc S. villosa Forskôl non differt.

5067. Silene canescens Ten. — Fl. germ. p. 814.

Petalum et stamen, capsula, semina.

5068. Silene vespertina Retz. — Fl. germ. p. 814.

Additur ramus florifer procerior et ramus fructifer, porro calyx, pistillum cum stamine petaloque, capsula, semine.

5069. Silene Gallinyi Heuff. — Fl. germ. p. 815.

A sequente tabula recepta, cum pistillo, stamine petaloque.

5070. Silene pendula L. — Fl. germ. p. 815.

Specimen e solo macro et aliud supra e pingui. Pistillum in calyce dissecto, stamen et petalum. Calyx fructifer, semina.

5071. Silene dichotoma Ehrh. — Fl. germ. p. 815.

Supra pistillum, stamen, petalum. Capsula, semina.

5072. Silene tenerrima Presl. — Fl. germ. p. 815.

Videtur eadem ac. S. laxiflora Brotero. Specimen dextrum gracile ex amica manu cl. Presl, gratus accepi.

Pistillum cum stamine petaloque, calyx fructifer, capsula transsecta, semina.

5073. Silene inaperta L. — Fl. germ. p. 815.

Pistillum cum stamine petalisque, capsula, semina.

5074. Silene bicolor Thore. — Fl. germ. p. 816.

Pistillum cum petalis ex utraque pagina visis, capsula, semina.

5075. Silene picta Pers. — Fl. germ. p. 816.

Pistillum et utriusque paginae petala, capsula, semina.

5076. Silene linicola Gm. — Fl. germ. p 816.

Flos auctus, pistillum cum staminum pari et petalo. Capsula, eadem transsecta, smeina.

5077. Silene Muscipula L. — Fl. germ. p. 816.

Flos, petalum, capsula, eadem transsecta, semina.

5078. Silene rubella L. — Fl. germ. p. 816.

Ex iconibus DILLENII et SIBTHORPII omnino planta nostra eadem est ac Linnaei. Conf. S. annulata THORE.

Ex iis est, quibus corona cohaeret, quae corona seriem secundariam stipularem sistere, seriei secundariae staminum, iam diu demonstravi. Nam petalum semper est par stipulare folii quod dicunt stemoneum, et corona oritur e stipulis foliorum stemoneorum i. e. staminum seriei secundae. Nuper tandem cl. BERNHARDI in diario Flora Nr. 3. et 4. de plantarum Metamorphosi egregie disserens p. 61. scripsit: „Die Bedingungen, welche zur Bildung der Kelche erforderlich sind, kennen wir nicht hinreichend, und fast noch weniger die, welche zur Blumenbildung gehören etc.“ Dolemus virum clarissimum, qui vel exiguas opiniones exoticas tetegit, illam ignorare indigenam, ex qua: calyx est verticillus petiolorum, corolla verticillus stipularum qui pertinet verticillo staminum et corona s. paracorolla verticillus stipularum qui pertinet staminum seriei secundae, vel praesentis vel hebetatae, sicut in flore gramines staminum verticillus secundus a cl. KUNTH auguratus, rarius datur.

5079. Silene Armeria L. — Fl. germ. p. 816.

Petalum, capsula, semina.

var. angustifolia, quam conf. editam in Fl. germ. exsicc. no. 2287.

5080—5083. conf. sub Heliosperma supra post no. 5052.

5084. conf. supra pag. 48. sub Nanosilene.

5093. Silene compacta FISCH. — Fl. germ. p. 819.

Huc potius referenda. Pistillum, stamina, petalum, capsula, semina.

5085. Silene Saxifraga L. — Fl. germ. p. 817.

Capsula, semina.

β. Seguerii RCHB. differt foliis linearibus.

5086. Silene petraea W. K. — Fl. germ. p. 818.

Constanter est in vivo diversa petalis brevioribus subtus rubellis.

Capsula, semina.

5087. Silene valesia L. — Fl. germ. p. 818.

Capsula, semina. Prima videtur nostra icon fidelis.

5087. b. Silene graminea VIS. — Fl. germ. Novit.

Est quasi S. valesia dalmatica, foliis angustior quidquam atque rigidior, diagnosin exspectamus in Florae dalmaticae cl. auctoris volumine secundo. Nostram legerunt pr. Sign in Kamesnizza, cacumine montis Prologh in finibus dalmaticis Bosniensibusve cll. VISIANI et TOMASINI.

5088. Silene Siegeri BAUMG. — Fl. germ. p. 818.

Tabula sequens.

5089. Silene cordifolia ALL. — Fl. germ. p. 818

Calyx auctus.

5090. Silene flavescens W. K. — Fl. germ. p. 818.

Capsula, petalum, semina.

In Flora germ. exsiccata exhibetur no. 2288.

5091. Silene rupestris L. — Fl. germ. p. 818.

Ad sinistrem supra capsula, semina.

β. micrantha RCHB. cui petala minora, pallidiora, albida.

Calyx, pistillum cum stamine petaloque.

5092. Silene Lerchenfeldiana BMG. — Fl. germ. p. 819.

Supra ad dextram: capsula, eadem transsecta, semina.

In Flora germ. exsiccata sub no. 1995. edita est a cll. BRASSAI et WIERZBICKI.

5093. supra data est post 5079.

5094. Silene Otites SM. — Fl. germ. p. 819.

Rami floribundi utriusque sexus.

Flos masculus auctus.

5095. Silene Pseud-Otites BESSER. — Fl. germ. p. 819.

Planta meridionalis etiam e Flora veronensi a cl. KELLNER a KÖLLENSTEIN edita in Fl. germ. exsicc. no. 2289.

5096. Silene parviflora EHRH. — Fl. germ. p. 819.

Flos, calyx fructifer.

5097. Silene effusa BERNH. — Fl. germ. p. 819.

Flos, pistillum, staminum par, petalum.

5098. Silene multiflora PERS. — Fl. germ. p. 819.

5099. Silene viscosa PERS. — Fl. germ. p. 819.

Capsula, semina.

5100. Silene tatarica PERS. — Fl. germ. p. 820.

Folii margo ciliato-serratus, capsula, petalum, semina.

5101. Silene spergulifolia M. B. — Fl. germ. p. 820.

Capsula, petalum, semina. Pars caulina aucta.

5102. Silene chlorantha EHRH. — Fl. germ. p. 820.

Capsula, semina.

5103. Silene catholica AIT. — Fl. germ. p. 820.

Pistillum cum calyce dissecto, petalo, stamine, ramulus fructifer, semina.

5104. Silene viridiflora L. — Fl. germ. p. 820.

Capsula, semina. Folium ex inferioribus.

5105. Silene pelidna RCHB. — Fl. germ. p. 821.

Pistillum, stamen et ex utraque pagina petala. Capsula, semina.

5106. Silene livida W. — Fl. germ. p. 821.

Pistillum, stamen, petala ex utraque pagina visa, capsula, semina.

5107. Silene longiflora EHRH. — Fl. germ. p. 821.

5108. Silene nutans L. — Fl. germ. p. 821.

Ramulus fructifer, semina.

5108. b. incana DEC. prdr. e Vallesia. Additur capsula cum seminibus.

Videtur nutanti ⨯ nemoralis, etiam apud nos obvia.

5109. * Silene infracta W. K. — Fl. germ. p. 821.

In sequente tabula. Pistillum cum petalo. Capsula, semen.

5110. Silene italica L. — Fl. germ. p. 821.

Ramulus fructifer, semina.

In littorali meridionali vulgaris, etiam Polae in amphitheatro lecta a FRIEDERICO AUGUSTO Saxon. S. Rege.

5111. Silene nemoralis W. KIT. — Fl. germ. p. 821.

Pistillum cum stamine et petalo. Capsula.

5112. Silene pilosa SPR. — Fl. germ. p. 822.

Pistillum, stamen, petalum. Capsula.

5113. Silene paradoxa L. — Fl. germ. p. 822.

Capsula, semina.

Etiam in insula Brioni legit FRIEDERICUS AUGUSTUS, S. S. R.

5114—5116. antecesserunt jam ante n. 5054.

5117—5118. specimina desunt. Icones citantur.

5119. Silene maritima WITH. — Fl. germ. p. 823.

Calyx, capsula, petalum, semina.

5120. Silene inflata SM. — Fl. germ. p. 823.

Var. A. glabra.

α. vesicaria SCHRAD.

β. glauca (W.)

Calyx, capsula, semina.

5120. Silene inflata γ. oleracea FICINUS.

Calyx, capsula, petalum, capsula transsecta, semina.

var. alpina, huc pertinet.

5120. Silene inflata δ. angustifolia (TENORE.)

5120. *Var.* B. ciliata R.

α. latifolia in tab. CCCI. —

Subest capsula, semina.

β. angustifolia in tab. CCC. supra.

5121. Silene saponariaefolia SCHOTT. — Fl. germ. p. 824.

Capsula, semina.

Omnino eadem est S. Cserei BMG.

5122. Cucubalus baccifer L. — Fl. germ. p. 824.

Pistillum, capsula baccans, eadem transsecta, semina.

5123. Eudianthe coeli-rosa RCHB. — Fl. germ. p. 824.

Subgenus nostrum omnino genus dicendum, etiam receptum est a cl. FENZL et ENDLICHER.

5124. Lychnis (Melandryum) nemoralis HEUFF. — Fl. germ. p. 824.

Calyx fructifer, capsula transsecta, semina.

5125. Lychnis (Melandryum) dioica L. — Fl. germ. p. 824.

Pistillum auctum transsectum, pistillum cum petalo, anthophorum floris masculi cum petalo staminibusque, capsula, semina.

5126. Lychnis (Melandryum) diurna SIBTH. — Fl. germ. p. 825.

Stamina cum petalo, capsula, eadem transsecta, semina.

5127. Lychnis Flos Jovis LAM. — Fl. germ. p. 825.

Calyx. Pistillum cum petalo et stamine quodam. Capsula post dehiscentiam, eadem dissecta. Semina.

5128. Lychnis chalcedonica L. — Fl. germ. p. 825.

Calyx. Pistillum cum petalo et stamine quodam. Capsula post dehiscentiam, eadem trans- et dissecta. Semina. Ciliatio foliorum aucta.

5129. Lychnis (Coccyganthe) Flos-cuculi L. — Fl. germ. p. 825.

Capsula post dehiscentiam, eadem dissecta, semina.

5129. b. Lychnis (Coccyganthe) Cyrilli RICHTER.

Calyx. Semina.

Planta tergestina cum speciminibus in Sicilia lectis et in herbario siculo editis a cl. de HELDREICH, determinatis a cl. RICHTER, omnino convenit. Diagnosis etiam in WALPERSIANO Repertorio omissa, sequetur.

5130. Lychnis (Viscaria) alpina L. — Fl. germ. p. 825.

Bractea. Calyx, pistillum cum petalo et stamine.

5131. Lychnis (Viscaria) Viscaria L. — Fl. germ. p. 826.

Pistillum cum petalo et stamine, capsula post dehiscentiam, eadem traussecta, semina.

5132. Githago segetum DESF. = Agrostemma Githago LINN. — Fl. germ. p. 826.

Petalum. Capsula immatura transsecta, capsula post dehiscentiam, eadem transsecta, semina.

Genus a sequente distinguitur: 1) coronae defectu, 2) capsulae dentibus acutis nec aristato-tortilibus, 3) seminibus triaugularibus.

5133. Agrostemma coronaria L. — Fl. germ. p. 826.

Petalum. Capsula post dehescentiam, eadem transsecta, semina.

Genus igitur differt ab antecedente: 1) corona pungente, 2) capsulae dentibus aristato-tortilibus, 3) seminibus reniformibus.

Familia CXVIII.

Theaceae. *Theaceen.*

Repertorium herbarii (das Herbarienbuch) pag. LXXXVI. et 207. — Fl. germ. p. 826. — Pflanzenreich mit Wandtafel Seite 58. — Handbuch des natürlichen Pflanzensystems S. 300.

5134. Evonymus europaeus L. — Fl. germ. p. 827.

β. angustifolius Schulz.

γ. macrophyllus Schleich.

Formae genuinae flos a dorso et a facie visus, stamen, fructus immaturus dissectus. Fructus maturi cum dehiscente, semen arillo involutum, semen denudatum, idem dissectum et transsectum.

5135. Evonymus verrucosus L. — Fl. germ. p. 827.

Flos auctus.

5136. Evonymus latifolius Scop. — Fl. germ. p. 827.

Flos, calyx auctus et genitalia, pistillum, stamen. Fructus maturi, infra: fructus dehiscens et semina arillata, semen arillo circumdatum et aliud denudatum.

Familia CXIX.

Tiliaceae Juss. *Lindengewächse.*

Repertorium herbarii (das Herbarienbuch) p. LXXXVII. et 209. — Fl. germ. p. 828. — Pflanzenreich mit Wandtafel S. 59. — Handbuch des natürlichen Pflanzensystems S. 302.

Tiliae solum hujus familiae genus indigenum, quoad formarum copiam inprimis memorabile videtur. Arbores grandaevae specierum explorationem sationis ope non admittunt. Formae tamen existunt quaedam characteribus talibus insignes, quales in aliis generibus species distinguunt. Num autem constantes perdurent generationes sequentes necne, omnino nemo probavit, nec, nisi observationibus per plures hominum generationes continuatis, unquam probari posse videtur.

Dabimus igitur species ab auctoribus propositas et in Flora germanica excursoria recensitas, in quibus tres: T. parvifoliam, intermediam et platyphyllam praecipuas habemus.

5137. Tilia parvifolia Ehrh. — Fl. germ. p. 828.

α. genuina, foliis minimis in tab. CCCXIV. repraesentata, foliis quidquam majoribus in tab. CCCXI supra.

β. cymosa, cymis plurifloribus distincta, quae videtur T. silvestris γ. rotundifolia Spach. — Conf. t. CCCXI. infra.

Additur plantula seminalis, flos, stamina, pistillum, germen transsectum, capsula transsecta, semen dissectum.

γ. cordifolia s. major Spach, foliis majoribus et profundius cordatis (sed etiam subtus glaucis) distincta, picta in tab. CCCXII. Datur etiam foliis incisis.

Flos, petalum, stamina, fructus, capsula transsecta. Capsula irregularis tenuis est, compressione digitorum facile dirimenda. — Haec species videtur vulgatior in Europa boreali.

5138. Tilia intermedia DeC. — Fl. germ. p. 828. sub. T. europaea.

α. acuminatissima parvifolia et

β. vulgaris Hayne. foliis majoribus.

Pistillum, stamina, petalum, cyma fructifera, capsula transsecta. Capsula regularis, tenuicula.

Nomen Decandollei aptissimum, praeeunte cl. Tausch., B. Z. 1836. p. 412. restitui. Bohemiae et Hungariae indigena, inter cultas omnino rarior et male T. vulgaris vocata.

5138. b. Tilia floribunda A. Braun: corolla duplici, foliis glabris, subtus pallentibus, venis non prominulis, barbulis axillaribus exiguis, pedunculis folio longioribus, multifloris laxe pendulis, corolla patula, pistillum et stamina aequante, antheris didymis, petalis secundariis sublinearibus, capsulis crasse coriaceis laevibus. — Tab. CCCIV.

Patria non liquet. Descripta est a cl. auctore cui acceptam referimus, in „Döll rheinische Flora" pag. 672. in libro qui plures species Tiliarum admitti posse, egregie docet.

5138. c. Tilia (europaea) pallida Wierbz.

Mihi videtur T. intermediae varietas pulchra, in silvis b. Illadia in Hungaria lecta a cl. Dr. Wierzbicki. Bracteae latae flores excedentes, corolla pallida.

5139. Tilia platyphyllos Scop. — Fl. germ. p. 829.

Species absque dubio varietatibus inprimis insignis et mater plurimarum specierum quae condidit cl. Host.

Ad Quercuum et Juglandum species respicientes, inconsequentiam in enumeratione vulgari Tiliarum omnino non praetervidebimus. Sicut foliorum indoles diversa, bractearum et florum, ita etiam fructuum varietas consulenda videtur et in posterum forte differentia specifica Tiliarum extricanda.

α. sphaerocarpa Rchb. Fl. Saxon. p. 447. capsulis globosis saepe dispermis insignis. Tab. CCCXVI.

β. pentagona, capsulis pentagonis monospermis, in eadem tabula cum floribus fructibusque delineata.

γ. oxycarpa, capsulis subgloboso-quinquecostatis acuminatis subtrispermis, in tabula CCCXVII. picta.

Hujus forma leptolepis Spach. bracteis angustissimis illustratur tab. CCCXVIII.

δ. turbinata R. capsulis turbinatis quinquecostatis, cernitur in tab. CCCXVII.

ε. acuato-costata R. capsulis pyriformibus acuato quiuquecostatis, eodem loco comparanda. Haec est T. grandifolia Ehrh.

5140. Tilia vitifolia Host. — Fl. germ. p. 829.

Quoad flores et fructum convenit cum nostra T. platyphylla, γ. oxycarpa, sed foliorum configuratione differt, inciso-lobata.

5141. Tilio corylifolia Host. — Fl. germ. p. 829.

Haec parum a praecedente mihi videtur diversa.

5142. Tilia mutabilis Host. — Fl. germ. p. 829.

Foliis profunde cordatis, atrovirentibus insignis. Hanc absque fructu accepi.

5143. Tilia latebracteata Host. — Fl. germ. p. 829.

Haec mihi videtur T. platyphyllae forma, propter fructum ovato-globosum acuato-quinquecostatum varietati β. et γ. interponenda, cujus fructus varietati ε. quasi contrarius aut obversus est.

5144. Tilia praecox Host. — Fl. germ. p. 829.

Hanc cum nostra T. platyphylla δ. turbinata compararem.

5145. Tilia tenuifolia Host. — Fl. germ. p. 829.

Quoad fructum pyriformem, quem tamen maturum non vidi, accedit T. platyphyllae ε. acuato-costatae.

5146. Tilia obliqua Host. — Fl. germ. p. 829. — Simul p. 830: T. flava Wolny!

Forma fructus intermedia videtur inter illam fructus T. platyphyllae β. pentagonae et γ. oxycarpae, est enim utrinque non attenuatus, costae autem magis prominent. Est quasi T. corallina bracteis pedunculatis et foliis magis obliquis.

5147. Tilia corallina Sm. — Fl. germ. p. 829.

Nomen duxit a corallino colore hiemali ramulorum.

Fructus additur basi intrusus, subgloboso-quinquecostatus brevissime umbilicatus.

5148. Tilia pyramidalis Host. — Fl germ. p. 829.

Propter fructum cum T. latebracteata Hostii comparanda, sed bracteis sessilibus i. e. in pedunculi basin decurrentibus diversa.

† 5149. Tilia intermedia Host. hucusque propter speciminum originalium defectum mihi dubia est, nec pictam hanc exhibere potui. Nomen foret mutandum.

5150. Tilia argentea DESF. — Fl. germ. p. 830.

Additur flos, sepalum, petala utriusque seriei, cyma fructifera, capsula magis aucta, transsecta, bracteae particula magis aucta.

T. argentea β. virescens SPACH, a cl. A. BRAUN in horto Badensi observata et mecum benigne communicata, videtur potius inter T. argenteam et T. nigram hybrida. Ejus folia magis oblonga, propter indumentum inferioris paginae tenuius virentia, petala minus patentia, stamina longiora. Sed in cacumine montis Domuglet omnino nostra virescit.

Occurrunt praeterea cultae:

T. flavescens A. BRAUN l. c. pag. 672. foliis glabris subtus pallidioribus, exigue barbellatis, pedunculis multifloris pendulis, folia subaequantibus; corolla patente (nec patentissima), staminibus sub 50. corollam aequantibus, antherarum loculis vix separatis, petalis secundariis angustissimis saepe antheriferis; stylo stamina aequante demum subelongato; nuculis subglobosis tenuibus sublignosis, subexangulatis. — Habitus pyramidalis, rami minus ac in T. floribunda graciles et minus penduli.

